

IN PETRI BERTII

V. CL.

Tabulas Geographicas

QVEM lustrare iuvat Mundos, veteremque, nouumque,
Et quid quæque ferant discere regna boni:
BERTIADÆ poterunt fatis huic fecisse Tabellæ,
Quodque Geographicae publicat artis opus.
Vtile opus; pro quo auctori persolvere grates
Promeritas nunquam tempora nostra queant.
Nam spatij vasti peragrandis unius Orbis
Olim vita hominis non satis una fuit:
At docti auspicijs BERTI, ductuque fideli
Nunc Orbem geminum est unico obire die.

BON. VULCANIVS.



Ad Clarissimum Doctissimumque
Virum

PETRV M BERTIV M
*Geographiam totius uniuersi
edentem.*

QVICQV ID cæruleis gerens in vlnis
Magnus Iupiter hinc & inde cernit :
Quicquid fornice gemmeus corusco
Polus cingit, & aureæ sorores
Phæbes flammeolis vident ocellis,
Cum saltu faciliq; mobiliq;
Cum vultu trepidoq; pallidoq;
Noctis languidulas agunt choreas,
CAMPI, FLVMINA, RVRA, REGNA, & VRBES,
Cuncta BERTIVS VNUS, ARVA, AGROSV E

ORBEM denique reddit vnus ORBI:
Ille BERTIVS, ille noster, ille,
Qui quicquid latet igneâ sub æthrâ
Vna sustinet explicare chartâ.
O factum lepidè ! O venuste noster
Seu tu IVDIADÈ, aut BATAVE APOLLO
DOVSA maxime, magne DOVSA, quæris
Quantum BERTIADÈS det ? VNIVERSVM.

DANIEL HEINSIVS.

* v



In Tabulas Geographicas

CL. V. PETRI BERTII.

ἈΝΑΘΗΜΑΤΙΚΟΝ.

Ὅτι πρὶν ὅλον κατὰ κόσμον αἰοίδιμῳ, ὃ πρὶν ἀγασσῆς.
Ὅτι πρὶν ἀναπύξας θεῖον Ἀελιοδέλη,
Nῦν χρόνε σοὶ βιοδάρε, βιοφθῆρε, κύδεσσι ἔρε,
Κόσμον ὅλον γραψίας ἀνθέλο Βερτιάδης.
Ὅφρ' αἰτῆς, κόσμοιο πάλιν διὰ πάλιν ἰκείσο
Ἡ πολυθρύλλησιν κοσμογράφου σοφίη.
Ἄλλὰ σὺ λάξσο κόσμον, ὃν ἀνθέλο σοὶ, χρόνε δαῖμον,
Καὶ κλέσσι οἱ ποίη κόσμῳ ὁμοχρονέειν.

IDEM.

In Geographiam Eruditissimi viri

D. PETRI BERTI.

CONDIDERAT vastum Natura industria mundum,
Atque homini dederat munus habere suum.
Illum infelicem male-tardæ angustia mentis
Discere splendorem muneris impedijt,
Ac licet esse datas terræ sibi sciret habentis,
Et spatia, & fines nescijt imperij,
Certè Fortunæ (neque enim ignorata putandum est
Distare amissis) inuidia exciderit.
Ingemere ipsa etiam Mater Natura, quod artis
Nemo tam magnæ nosceret ingenium.
BERTIUS indoluit, casum miseratus acerbum,
Artem naturæ reddidit, Orbem homini;
Dum totum nobis describit seditulus, atque
Cernendum paruis exhibet in tabulis.
Immensæ pietatis opus, laudisque, quod omnis
Agnoscat sera in secula posteritas.

JOANNES MEVRSIVS.

Clarissimo, & vñdecunq̄ue doct̄issimo viro,

D. P E T R O B E R T I O,

C Vm premerent terras stribligo, & rustica verba,
Orbis in orbe diu pene sepultus erat;
Ast opici postquam perijt scriptura magistri,
Extulit e laebris orbis in orbe caput.
Tum docta magni tabula positura Tonantis
Depicta. Illa oculos, pavit & illa animum.
Docta samen mundi: spissis fuit oblata. Tante
Terrarum historiam conderet molis erat.
Id tibi, non dubium claris decus addite BERTI
Pleurosijs, senio dividiæque fuit.
Ergo vrisque secasque velut Podalirius alter,
Omniaque in propriam restitutus faciem.
Iamque Aeternæ Urbis ditio scilicetque Atlantis,
(A Tyrjæ etiam terra reperta) patent.
Ecqua, poli suboles, incrementumque Minerva,
Præmia te, tali digna manent opere?
Non sibi notus erat, sed eras tibi cognitus orbis:
Vt sese n̄rit, muneris inde tui est.
Incanis equidem semper celebrare seclis.
Fallor? an hac tonitrus comprobat ipsa Iovis?

M. GER. VOSSIVS.



IN
GEOGRAPHICAS
V. CL. PETRI BERTII
TABVLAS.

O DEVS! estne aliquis qui te neget esse Monarcham,
Impius aut nullum qui putet esse Deum?
Estne aliquis? torvos huc tandem flectat ocellos,
Discat & hac cuius sit positura manus.
Ille tot immensi discat miracula Mundi,
Ingenij discat tot monumenta tui.
Omnia qua libro depinxit BERTIVS isto,
BERTIVS ille anima portio magna mea.
Huic demittetuum DEVS o POLYDÆDALE Numen;
Dignus hic aeternum qui tua templa colat.

PETRVS SCRIVERIVS.

In Tabulas Geographicas

Cl. viri D. P E T R I B E R T I.

CÆRVLEVS terris quæ dividit æquora NEREVS;
Et modo quæ surgit, quæ modo cedit aquis;
BERTIVS ambit humum, & lati loca dividit orbis,
Et iubet in Tabulas cuncta venire breves.
Ipsa suas stupuit Natura agnoscere terras,
Atque oculis credit vix satis ipsa suis.
Ergo tibi mundus, BERTI, debetur, & ingens
Per tibi devinctam fama feretur humum.
Cumque tuo fas est semper te vivere mundo,
Ni pereat mundus te pereunte simul.

D. HEREMITA.

Εἰς τὸν αὐτὸν.

ΒΕΡΤΙΕ λαμπρότατον ΒΑΤΑΒΟΥ κόσμημα ΛΥΚΕΙΟΥ.
ΒΕΡΤΙΕ λῶς ὁμόγαμβροί μιν κεχαρισμένῃ θυμῷ,
Εὖ γε φίλη κεφαλῇ, τῶτον πρόσωπον ἄσρα πατήσεαι.
Ἐξοχονήθεις γενναῖοις ΗΘΕΣΙ κοσμεῖς.
Δημοσίᾳ τυπὸς ΠΟΛΙΤΕΙΑΣ κόσμον ἀείσης.
Παιδευεῖς τελέως ἀμαθῆ κοσμήτορα λαῶν.
Νῦν δ' ἔτι καὶ πολύμορφον ἔλας ΚΟΣΜΟΝ θεαθῆναι
Πᾶσι δίδως θαυμαστὸν ὑπερβλήθον τε θέατρον;
Πάντοτε ναὶ μάλα κόσμιον ἔστι, καὶ ἀμφιθαλὸς:
Τῆ ὅτι ἐγκοσμεῖς ΚΟΣΜΟΝ ΜΙΚΡΟΝ τε ΜΕΓΑΝ τε,
ΒΕΡΤΙΕ λαμπρότατον ΒΑΤΑΒΟΥ κόσμημα ΛΥΚΕΙΟΥ.

FESTVS HOMMINGA *Frisius.*

M. T VI.



M. TVL. CIC. lib v. de Finib.

Naturane nobis hoc datum dicam, an errore quodam, ut
quum ea loca videamus, in quibus memoria dignos Viros acce-
perimus multos esse versatos, magis moueamur, quam si quando
eorum ipsorum aut facta audiamus, aut scriptum aliquod le-
gamus?

PHILO IVDÆVS.

Ὡς τυφλοὶ πρὸς ὄξυ βλέποντες, ἕτως αἰαποδήμητοι πρὸς ἐκδιδημηκότας.

P. BER.

